Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8157
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cum magnus dies ille resurrec-
tionis ac remuneratoris adue-
nerit resuscitare eas digneris
domine cum sanctis et electis
tuis et ut deleas eorum delicta
atque peccata usque ad nouissimum
quadrantem ut tecum in mortali-
tatis vitam et regnum consequan-
tur eternam Lectio Nona
Deus aput quem mortuo-
rum spiritus viuunt et in quo
electorum anime deposito
carnis onere plena felicitate
letantur presta supplicantibus nobis
ut anime omnium fidelium defunctorum
que temporalem per corpus huius lu-
minis caruerunt visu eterne
illius lucis solatio potiantur
non eas tormentorum mortis atti-
gat non penalis timor excruciet
non reorum proxima cathena constrin-
gat Sed concessa sibi delictorum